Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8191
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



pollutione mentis et corporis valeam tibi deo
servire per christum dominum meum

Ad Stolam

Stola immortalitatis atque innocentie:
circumda me domine cervicem meam: et ab
omni corruptione peccati: purifica mentem
meam: quia tu dixisti apostolis tuis. Iugum
enim meum suave est et onus meum leve
Qui cum deo patre et spiritu sancto vivis et
regnas deus. per omnia secula seculorum

Ad Casulam dicat

Fac me queso omnipotens pater ita iusti-
cia indui. ut merear in sanctorum tuorum
exultacione letari, quatenus emundatus
ab omnibus sordibus peccatorum consortium
adipiscar tibi placentium sacerdotum: meque
tua misericordia a vitiis omnibus exuat. quem
reatus proprie conscientie gravat per christum dominum

Et sic exeundo ad aram dicat sequentem psalmum

Iudica me deus: et discerne causam meam
de gente non sancta: ab homine iniquo et